

Achaz Christian Ranger Christoph Fischer

Masculorum Conditiones Meliores In Iure Ad I. 9. . de St. Hom. Consentiente Nobilissima Facultate Iuridica

Regiomonti: Reusner, 1679

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769806619>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (100.)

1. Mollenber de duobus testamentis simul validis.
2. Cuvoc de investigando definiendoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officialium, autt' regi str.
4. Stanting de curatore ad litem.
5. Stryci de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryci de domicilii mutatione.
7. Radov. de subfeudis.
8. Bünsow de jure subtractionis et emigrationis.
9. Stryci de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de libris aetatis.
11. Bursfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aoweloe. de praerogationibus.
13. Both de anatopismo.
14. Charivius de dolo.
15. Charivius. de culpa.
16. Willebrandt. de senatusconsulto macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinereos.
19. Ranger de concursu actionum.
20. Ranger de eo quod iustum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radov. de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Krafft de concursu iudicii civilis et criminalis in causis ultimi supplicii
25. Meyer de iudicio in crimine magiae quoad torturam reprobatis et approbatis.
- 26-2. Wegner de verborum significatione disput. 1-1x.
27. Cleemann de reciproca cohaerendum substitutione
28. Eichrod de vi rei iudicatae.
29. Wincoep de revocanda divisione hereditaria.
30. Reinhardt. de successione fidei.
31. Banfa de usuris ultra alterum tantum.
32. Schroeter de commodo vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuisset.
33. Schroeter de reformatione iuris civilis circa causas matrimoniales a Romanis pontificis per ius canonicum perversè tentata.
34. Streit de actione quae ex mala ministerii administratione competit.

35. Gribner de fidejussore mulieris apud Saxonas sine curatore contrahentis.
36. Beckmann de patria potestate.
37. M. Graf de jure tutorum.
38. Klünger de dote.
39. Werner de jure emphyteutico.
40. Streit de repudio et divortio.
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et honorum possessione.
42. J. L. D. Böhm de filio vasalli successore in feudum.
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.
- 43². de Bellmont de academia Erfurtana.
44. Spoenla de foro ac privilegiis practiciantium in camera imperiali.
45. Kestner de jure humaniore Codicis.
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.
47. Schroeter de probatione per testes et praesumptiones itemque juramentis
to judiciali et necessario in processu executivo locum habente.
48. Brückner de favore ultimarum voluntatum.
49. Schroeter de principum recriptis eorumque usu moderno.
50. Sahne de jure numeri septenarii Bon. Vuff sur subaudus Zaff.
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.
52. Scherbaum de pariete communis ejusdemque jure.
53. Schmid de denunciatione e suggestu.
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.
56. Streit de quatuor quartis.
57. Napoo de impensis in rem alienam a l. et m. f. possessore factis.
58. Schott. de uxore desertivae dote sua esse regula quidem, non tamen
semper privanda.
59. Bauer formulam, qua pecunia dotatium serviens vidua mortua
in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non inferre.
60. Riccio de conventionione obligationis debitoris ad carcerem in cura
ra debiti.

C. D.
MASCULORUM
CONDITIONES
MELIORES
IN JURE

Ad l. 9. ꝑ. de St. Hom.

CONSENTIENTE NOBILISSIMA
FACULTATE JURIDICA,

PRÆSIDE

ACHATIO CHRISTIANO

RANGEN/

J. U. D. & P. P.

proponet

CHRISTOPHORUS FISCHERUS,

Prusius.

Horis Locis solitis d. 15. Augusti

ANNO MDC LXXIX.

REGIOMONTI,

Typis FRIDERICI REUSNERI, SER. ELECT.
BRAND. ET ACAD. TYPOGR. HÆRED.

REVERENDISSIMO, PER-ILLU-
STRI ET MAGNIFICO
DOMINO,

DN. AHASVERO

à Gehndorff/


Equiti Ordinis Johannitici, Se-
renissimi ac Potentissimi Electoris Bran-
denburgici Consiliario & Mareschallo in
Prussia supremo, &c. &c. Domi-
no auff Steinorth / Taber-
lact / &c. &c.

DOMINO SUO CLEMENTI,

Pagellas has in ulteriorem studiorum fuorum
commendationem submissâ animi devoti-
one dicat

CHRISTOPHORUS FISCHERUS.

A.

 Ptimè Ulpianus in *l. 1. π. de Senat. major*,
inquit, *dignitas est in sexu virili.*

II. Quam non tantum ex jure naturali, quod
brutis esse commune fertur, habet, videlicet
dum singula ita vivant, inquit Tiraq. *ad L. 1.*
Connub. n. 9. ut quasi dictante natura mares
imperent foeminis, veluti de hyanis testis est Pli-
nius naturæ indagator sagacissimus *lib. 4. c. 3.* quod scil. mares
singulis foeminarum gregibus imperitent, uti id & in reliquis ani-
malium speciebus cernere licet.

III. Verum etiam ex infallibili sanæ rationis dictamine.
Certum enim est naturam semper perfectiora intendere, intendit
autem marem, quippe quæ producendo foeminam, degenerare di-
citur Aristoteli *lib. 4. de Gen. Animal: c. 3.* Cum autem perfectio-
ra imperfectioribus imperare debeant, tale enim imperium est
conveniens naturæ *1. Polit: cap. 5.* fieri nullo modo poterit, ne
maribus debeatur imperium in sequiorem sexum, & illi tantò ma-
jori dignitate, quantò imperans parentem antecellit, huic præ-
fulgeant.

IV. Quinimo alma rerum Parens natura mulieribus ea
quæ ad feliciter administrandum imperium requiruntur denega-
vit. Sive enim dotes corporis consideres atq; vires, valde tenues
& imbecilles eas esse comperies, siquidem in omni genere anima-
lium fortiores atq; animosiores sunt mares, quod præter experien-
tiam ipsam, docet Aristotel. *lib. 9. de Hist: animal: c. 1. lib. 4. de*
Gen: animal: c. 6. lib. 7. eod. c. 10. lib. 3. de part: animal: cap. 1. &
Plinius lib. II. Natural. Hist. c. 49. Unde D. Petrus *1. Epist. 3.* mu-
lièrem *vasculum infirmius*, quod confirmant Theod: Arc. & Ho-
norius Impp. in *l. 44. C. de Decurionibus in 10. Quintil: de-*
clam: 338. imbecillem rem, vocant: Sive animi bona; Hinc mu-
lierum consilia esse invalida dicuntur Aristot. *lib. 1. Polit. cap. ult.*
& contra propria commoda laborare in *l. 4. C. de Sponsal: Siqui-*
dem non est ita integri judicii foemina ut masculus l. 4. §. 4. ff. qui

pet: tut: facile enim vel minis vel blanditiis & pollicitationibus se-
duci potest, comprobante hoc Tiraqu: in Tract. ad legem conn. n.
71. adde Valer. Max. lib. 9. cap. 1. Meritò itaq; ab Homero *Illiad.*
6. telam, colum, & ancillarum curam esse mulierum propria ad-
firmatur, & à Platone virtutum muliebrium alias admiratore ma-
gno lib. 5. de Republ. viri foeminis tanquam gregi custodes præfi-
ciuntur. *Vid. Arist: lib: 1. Polit: 8. l. 2. Oecon: 1. c. 12. X. de spons.*
impub. c. 1. X. de frigid. & malefic:

V. Ex his apparet *γυναικονογίαν* maximè adversari na-
turae, quam plurimæ gentes aut nunquam admisere, aut admissam,
malis ex hac scaturigine salientibus edocti, damnarunt. De Ger-
manis, quos cæteroquin mulieres in magno honore habuisse, eas-
que in castris; quia illis aliquid sancti & providi inesse credebant,
circumduxisse, imò ex earum consilio prælia iniisse refert Julius
Cæsar lib. 1. p. (m) 33. de bell: Gall: non memoratur eos tulisse
imperia muliebria, exceptis Sitionibus, quos propterea non tan-
tum à libertate, sed & servitute degenerasse scribit Tacit. lib. de
moribus Germ: Ommittam Neapolitanos, Gallos, Polonos, qui
omnem impostero ad sceptrum aditum foeminis ademerunt, vid:
Arniseus p. m. 306. & seqq. Romanorum exemplo contentus de
quibus ipse Romanus M. Cato in Orat: pro L. Oppia *Majores,*
inquit, *nostri nullam ne quidem privatam rem agere feminas sine*
autore voluerunt, in manu esse Parentum, Fratrum, Virorum, de
suo seculo tamen, incrementum mulierum licentia, subjicit, *nos, si*
Diis placet etiam Rempubl. eas capessere patimur, & foro quoq; &
concionibus & comitiis immisceri apud Livium lib. 34. c. 2. p. (m.)
848. Quinimo post fata Heliogabali, qui matrem in curiam du-
cere solitus erat, Scutum fecerunt, ne ulla posthac mulier curiam
ingereretur, nedum ut imperaret Lamprid: & Herod: in *Helio-*
gabalo.

VI. Deum T. O. M. inter causas calamitatum, quibus se Ju-
da afflictaurum minatur, effoeminatorum imperium referre, videre
est apud Esa. c. 3. v. 12. & c. 19. v. 16.

VIII. Ridenda itaq; Isidis Reginae lex, quâ mariti cogebantur,
stipulata manu uxoribus promittere se ad ipsarum arbitri-
um in negotiis victuros, ut refert Herodot: in Euterpe, Diod: Si-
cul:

ent: *lib. 1.* Infelices pariter erant Lacedæmonii, quibus mulieres dominabantur, vide *Arist. lib. 2. Pol. 7.* nec non Daci, quos Oroles I. ut quidam legunt, Olorus Thraciæ Rex, quod malè aduersus Bastarnas pugnantem, ad ultionem segnitæ, in perpetuam ignominiam & contumeliam, uxoribus ministerio, quæ ipsis antea fieri solebant, prællare coëgit, usq; dum ignominiam bello acceptam virtute delerent: *Iust. lib. 32. cap. 3.*

VIII. Quid quod omnem dignitatem, quam mulieres habent, à viris consequantur, vid. *l. 8. π. de senat:* add. *l. 10. § 28. C. Nupt:* Mulieres, inquit Imp. Valent. Theod. & Arcad: *in l. 13. C. de dignit: in 12.,* honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus, & domicilia mutamus. add. *l. ult. de incolis in 10.* Unde Nobilis nascitur ex patre nobili & matre plebeja, docente hoc Alciato, *ad l. 195. §. ult. de V. S. n. 6.* Tiraquell. in *Tract. de Nobil. cap. 18. n. 20.* non contra, & nobilis per nuptias ignobilis nobilitatem amittit. Imo Paulus in *l. 22. §. 1. ff. ad municip.* eam dignitatem quam acceperunt uxores beneficio maritorum, & viduis seruat *Conf. l. 3. C. de privil. Scholarum in 12. l. 6. C. de Profess: § Medic. in 10. l. 2 §. 4. C. de Episc. § Cleri* nec sine ratione, soluto enim matrimonio viduam portio esse censetur mariti sepulti, qui memoriã eius vel solo animo retinet, ac sine secundo marito potius transigere vitam, quam vinculum & foedus cum marito defuncto olim initum dirumpere cupit. Et hæc dignitas viduarum, cum postea minoris ordinis viros sortitæ fuerint, expirat, posteriorum enim maritorum conditionem sequuntur *all. l. 13.* Mulierculæ tamen captantes gloriæ auram, ab Imp. impetrare solebant, ut nuptæ licet minoris dignitatis viro prioris mariti honore fulgeant, quod tamen per raro fieri, unico exemplo Antonini Augusti qui id consobrinæ suæ Juliæ Mammææ indulxit, ait Ulpianus *in l. 12. π. de senat:* Ipsam Augustam si spectes non esse solutam legibus respondet Ulpian. *in l. 31. π. de Legibus,* utpote in qua cessant rationes, quæ tantam dederunt Principi auctoritatem, condenda præsertim legis, quæ in solo Principe locum habet *l. f. C. de Leg:* & aliis omnibus denegata est, mulieribus maxime, quæ Legibus ne quidem interesse possunt *arg: l. 1. π. de Legibus.* Adiciunt tamen Ulp: *in all. l. 31. de Leg: Principes tamen eadem illi privilegia*

Privilegia tribuunt qua ipsi habent adde l. 6. in f. π. de jure Pisci.
Hinc quemadmodum Princeps; ita & Augusta ab omnium vectigalium prestatione immunis est *l. 9. §. fin. π. de publ. Vectig.*
Donatio in Augustam collata, vel ab ea procedens non eget insinuatione *l. 34. §. Arb. C. de donat.* Constante matrimonio inter Augustum & Augustam facta donatio valet *l. 26. C. de donat. inter vir. & uxor.* Quibusq; privilegiis donantur cubicularii Principis, donati quoq; intelligi debent, qui apud Augustam eodem munere funguntur *l. 3. C. de prapof. sacri cubil. 12.*

IX. Tanta itaq; Sexus Masculini dignitas meruit, ut in multis juris articulis melior ejus esset conditio Papin: in *l. 9. π. de statu hominum*, quorum vetante pagellarum angustia, quosdam tantum in medium proferam.

X. Et quidem quod attinet Officia civilia vel publica, remouet ab iis foeminas Ulp: in *l. 2. π. de R. J.* Hinc, ut infert, iudices esse nequeunt. An ob defectum iudicii? Ita quibusdam visum, verum male. Hæc enim causa adæquata non est, quæmetiam Paulus rejicit in *l. 12. §. 2. in f. ff. iudicis* provocans ad mores tam in *all. l. 12.* quam in *l. 1. §. 1. π. ad SCtum Vellej.* Neq; magistratum gerere, an postulare? Olim id eas potuisse nullum est dubium. Carfania tamen vel Calphurniæ aut ut Corasius *lib. 4. Misc. c. 21.* legit Cajæ Affraniæ Licinii Bustrionis uxoris malitia, edicti, quo ipsis illud ademptum, dedit causam *l. 1. §. 5. π. de Postul.* Et licet Tholosanus *lib. 7. de Republ. c. 11.* hanc legem restringat, quasi esset lata contra Calphurniam improbam mulierem & cessante causa cessare effectum, ideoq; probam mulierem non excludi putet, veritati tamen id vix conveniens esse videtur. Quando autem foemina accusare possunt vid. Brunem. *ad l. 4. §. 6. C. qui accusare non possunt.* Porro neq; intervenire pro alio mulieres posse lex *all. 2. de R. J.* adstruit. Interventionem hanc plurimi DD. interpretantur de fidejussione SCto Vellejano interdicta, sed forsitan minus recte. Certum enim est fidejussionem non esse officium civile vel publicum, impertinenter itaq; Jctus eam subjecisset. Rectius ergo Petrus Faber quem sequitur Wissenb: *ad. h. l.* referunt interventionis vocem ad defensionem judicalem quæ sine mandato fit, de qua in *l. 10. §. ult. π. de*

π. de in jus voc: l. 10. §. 3. π. Judic: solvi l. 11. §. 2. π. de injur. De
Officio Procuratoris, quod nec illius capaces sint mulieres, patet
ex eadem l. 2. & l. 54. π. de procurat: In rem tamen suam recte
illas negotia gerere evincit l. 4. C. de procurat: An autem in hoc
casu dici possint Procuratrices? Negat Bach: in not: ad Wesenb.
ad h. l. affirmat Habn. ibid: Parentum itidem defensionem causa
cognita recte suscipiunt l. 41. π. de Procurat: non liberorum l. 31.
§. 6. π. de Neg: gesti, & arg:, l. 18. C. de Procurat: neq; marito-
rum, defendi enim uxores à viris non viros ab uxoribus æquum
est §. 2. Inst: de injur: An autem ad arbitrium admittuntur? Neg:
per l. ult. C. de recept: arbit: ante quam constitutionem licuisse
id mulieribus integræ famæ putat Cujac: 13. Obs: 22.

XI. Circa jura Potestatis illud observare licet quod mu-
lieres sive maritorum sive Tutorum vel Curatorum potestati sub-
jicerentur. Græcorum instituta mulieribus Curatores & Tutores,
sine quorum arbitrio & autoritate nil eis agere licebat, dabant,
ut referto Harpocraton & Demosthenes adversus Nearum cit:
Tiraq. ad L. 1. Connub: n. 72. Ex his, ut alia multa, fluxit ad Ro-
manos perpetua mulierum Tutela de qua Cicero in Orat: pro
L. Muræna n. 27. p: (m) 479. Mulieres omnes, inquit, propter
infirmam consilii, majores in Tutorum potestate esse voluerunt,
& Boeth. in top: Cic: Mulieres antiquo jure tutela perpetua conti-
nebat, à qua non recedebant, nisi convenissent in manum... Vid:
Cujac: aquila Jctorum in Comm: in lib: XI. Quest: Papin: p. m.
302. Hæc ut clariori gaudeant luce, sciendum est apud Romanos
tres fuisse modos contrahendi nuptias (1) Ufu, quando mulier
sine solemnitate affectione tamen conjugali ducta, per usum anni,
tanquam usucapione, jure jam diu usq; à 12. Tab. instituto de
quo Gellius l. 3. c. 2. & Macrob: lib. 1. c. 3. justa & Quiritiaria uxor
efficiebatur. Hæc ante annum dicebatur uxor naturalis, sine le-
gibus Sc: vid. Aurel: Galv: Jctum excellentissimum tr. de usufr:
c. 25. (2) Coemptione, cū imaginaria venditione interveniente,
mulier in manum viri conveniebat (3) Farre, ubi sacris factis &
adhibito farre nuptiæ coibant. Horum trium modorum men-
tionem facit Boeth. Com. 2. Top: Cic. & Servius in lib. 2. Georg:
Virgil. Videatur tamen Bach: qui in Comment: ad tit: de Nupt:
in p:

in *pr. n. 5.* ultimū hanc modum specialem fuisse in matrimo-
nio Pontificum & Flaminum ex Taciti *lib: 4. Annal. c. 16.* autumat.
Quæ igitur in manum viri conveniebant, coemptione videlicet &
farre & quæ jam usucaptæ erant, illæ transibant in familiam viri,
suebantq; sui heredes, quod jus iterum per emancipationem, in-
teribat, quæ ideo & remancipari dicebantur uti pater ex Gallo *J. C.*
& Festo in *Remancipatam.* Ita potestatem Tutoris vel Curatoris,
mariti potestas insequabatur. Sed postquam hæc in desuetudinem
abierunt, maritorum in uxores facultas tanta sensit decremēta,
ut in nostro jure Justinianæo nulla plane sit, sed potius nuptæ ma-
neant in potestate Patris, quod probat *l. 20. ad L. J. de Adult:*
l. 1. §. ult. de injur. l. 1. §. 1. de lib: agn: l. 18. de ritu nupt: l. 7.
C. de nupt: cui tamen moribus nostris derogatum esse omnes
fere consentiunt; atq; hinc Germanicum illud *Freya* suam du-
xisse originem putat Vulteius quasi a vinculo patriæ potestatis se
liberare.

XII. Fœminas tamen liberos in potestate habere jura no-
stra adhuc non permittunt *§. 10. Inst: de Adopt: l. 15. C. eodem si-*
quidem tantam rem inestimabilem uti vocatur in *l. 114. §. 8. π. de*
Leg. 1. non potestatem absolute, sed cum addito *Patriam* appellant.
Quanam autem sit ratio denegatæ fœminis in liberos potestatis,
non admodum liquet. An quod ob sexus fragilitatem *vid. l. 9.*
ff. de Curat furios. imbecillioris sint consilii? Aut quod major
Patri pietas & observantia debeatur? *secundū l. 28. §. 3. ff. de lib: leg:*
Utrumq; rejicit A. Faber in sua *JRP. Pap: ad Tit: de P. P. pr. 1.*
illat. 2. p. (m) 161. cum furiosus qui non tantum iudicio, sed etiam
sensu caret, perinde in potestate sua susceptos in furore liberos
habeat *l. 8. π. de his qui sui vel alien: Sc. &* utriq; parenti licet
inæqualis sit ipsorum Potestas, æqualem tamen pietatem deberi
constet *l. 4. π. de Curat: Furios.* Dissentire videtur Bachov. ad
Treutl: *Vol: 1. Diss: 2. th. 5. l. 6.* An quia Romani, mulieres in
perpetua tutela esse voluerunt quod placet Treutl: *Vol: 1. Diss:*
th. 5. l. 6. Aut ob conservationem familiarum, quæ in fœminis
nullo modo fieri potest ex mente A. Fabri *loc. alleg: Ego cum Aurel:*
Galvano *tr: de Usufr. c. 8. p. m. 165.* & Bachov. ad Treutl: *l. alleg.*
Patrum familias dignitati eam adscribo, hi enim sunt Principes
familia-

familiarum, l. 196. π. de V. S. cum cæteri non tam familiam habere, quam esse in familia vel sequi familiam dicantur in l. all.

XIII. Hinc nec Heredes suos, mulieres habent, §. 2. f. de Hæred: q. ab intest. sed proprii earum liberi pro extraneis habentur l. 4. π. de B. P. cont. Tabb: Cum autem hæc materia inter intricatissimas Juris Civilis non postrema habeatur lubet ad meliorem cognitionem quædam, singula quippe persequi non licet, subjicere. Nomen suorum heredum ex Jure civili s. leg: XII. Tab. descendit l. 7. ff. de bon: damnat: l. 220. in pr: ff. de V. S. estq; verbum hoc non commune, & ut Hottom. loqui amat populare s. oratorium, sed verbum juris, forense & disciplinæ nostræ proprium de quo doctè Hottomannus g. Obs. 10. Dicitur autem heres suos exinde, quia mortuo quodocunq; Patre non aliena, sed propria bona nancisci credebatur l. 1. §. 12. π. de sucesf. edict. eorumq; tantum liberiozem administrationem l. 11. π. de lib: & posth: imo hereditatem quasi nullam fuisse, cum vivo Patre quodammodo Dominus existimeretur & Senecæ lib. 2. Controv: Suus Dominus vocetur, qui proprerea non dicebatur adire paternam hereditatem, sed se immiscere l. 6. §. 5. π. de acq: l. omitt: heredit: Eadem ratione neq; suus heres patri succedebat l. 1. §. 8. π. de suis & legit: succedimus enim in rebus defuncti non vero in rebus propriis l. 24. π. de V. S. l. 62. π. de R. 7. Unde Paulus l. 4. sent: cum proposuisset hanc rubricam De intestatorum successione sub ea tamen de filiis nihil tractat, sed de agnatis & consanguineis lateralibus, qua in re apparet cum à Decemviris fuisse edoctum, qui ad intestati successionem solum vocarunt agnatum, & suum heredem posuerunt duntaxat in conditione his verbis Si intestatus moritur cui suus Heres nec escit, agnatus proximus familiam habeto Ulp: in l. 195. §. 1. π. de V. S. & in Vet: Collat: tit: 16: Nec obstat Paulus in l. 1. π. de bon: dam: ubi ad suos heredes deferrit dicitur debita successio. Etenim sciendum est Jctum respexisse non ad rationem civilem sed naturalem, id quod probant verba ab initio cum ratio naturalis, inter quas non levis est differentia, sicut enim Pater & filius non sunt una persona natura, sunt autem inspecta ratione civili, necesse est, ut ex natu-

B

rati

rati ratione filius ut diversa persona, non vero ex civili utpote eadem, succedat. Est ergo heres suus (in cuius definitione danda Angelus Politianus quærente Mariano Socino ut refert Corasius *lib. 3. Misc. c. 16.* parum feliciter obmutuit) qui in potestate morientis primum obtinuit gradum, eo tempore quo certum est, defunctum decessisse intestatum.

XIV. Ex eodem principio fluit quod in *l. 2. C. de Patr. qui fil: distr.* urgente extremæ famis necessitate alienatio liberorum Patribus non vero matribus, vid: Molina *Œ 7. Œ 7. D. 33. n. 27.* licet id evincere conetur Eckoltus *ad Tir. π. de his qui sui l. alieni juris sunt §. 10.*, concedatur, quæ tamen restricta est ad liberos sanguinolentos. Sunt quibus hæc constitutio Constantini partim crudelis & iniqua apparet, unde Gregorius Haloander pro *sanguinolentos* legit *sanguinolentus* referens hanc vocem ad Patrem, qui paterni in suos liberos, affectus immemor τὰ σπλάγχνα viscera sua distrahens, ut dicatur sanguinolentus, facit; partim inepta, si quidem legamus *sanguinolentos*, lex enim intelligenda de tali casu qui usum habere potest, quis autem tale mancipium sibi comparet inquit Bach: *lib. 2. de pign. c. 12.* Porro cum ratio alienationis ponatur in necessitate famis, eâq; tum Parentibus, ut accepto pretio eam sublevent, tum liberis, ne pereant sed potius in servitute sint, consulere Legislator voluerit, apparet majorem in grandioribus quam sanguinolentis seu ut explicat Goth: ad *illam l. ex cod. Theodos.* à matre rubentibus, hoc est recens natis, subesse alienandi causam, siquidem & Parentibus summa egestate pressis majus accedet pretium, & homines ad coëmendos, promptiores, quibus per ætatem tales liberi jam aliqua officia præstare poterunt, inveniuntur. Verum enim vero neq; iniqua neq; inepta est hæc constitutio, hinc nec Pater rem lege permissam, neq; jure naturali rectaq; ratione prohibitam faciens, sanguinolentus dici poterit, quin nec *sanguinolentus* pro crudeli & sævo latinum est, sed *sanguinarius*, vitiosa ergo est lectio Haloandri. Cur autem ista alienatio in sanguinolentis, non vero grandioribus habuerit locum vid: Claris: Huber: *in digress: Just: lib. 2. c. 5.* De ingenuitate istorum distractorum liberorum quæritur num eam amiserint? Mihi nega-

ava

tiva sententia, veluti favorabilior, placet, consul: tamen Salicetus ad l. 2. c. de Patribus qui filios n. 5.

XV. Porro eadem ratio fecit ne mulieres liberos adoptare possent §. 10. Inst. de Adopt: adoptio enim in finem nominis familiæq; suæ habendi successorem, quæ ratio in feminis cessat, introducta. Falli etenim Agellium censet Bodinus l. 1. de Rep. c. 4. fere in f. qui feminas ob id adoptare non potuisse tradit, quod illis in Comitio consistere non liceret, nam & adoptio sine Comitio fiebat. Principes tamen ex indulgentia ad solatium liberorum amissorum adoptionem illis concedunt §. all. Inst. & l. 29. §. 3. de in off. Test: non tamen ut filium habeant in potestate, sed potius solatium orbitatis & heredem. Imperator autem Leo non tantum feminis, sed & virginibus adoptandi facultatem dedit Nov. 27. de cujus novellarum autoritate, quid sentiendum, constat apud DD. Immo olim mulieres utpote non habentes jurâ comitorum teste A. Gellio lib. 5. c. 19. nec adrogari poterant Ulp: à Cujacio emendatus tit. 8. §. 5. id quod postea Imp: constitutionibus immutatum, ita ut æq; adrogari possint l. 21. π. de Adopt: Vid. A. Faber in sua JP. Pap. p: (m) 288. & Besoldus in oeconom: t. 3. §. 4. lib. 1. π. n. 9. ad fin:

XVI. Nec alia causa fuit quod filius in contrahendis sponsalibus & nuptiis, Patris, in cujus erat potestate, non matris, cum cæteroquin æqualis pietas & reverentia utriq; præstanda per l. 4. π. de Curat: furiosi, consensum necessarium haberet, in tantum ut jussus præcederet, quod svadente ratione naturali & civili introductum vid: l. 7. π. de Spons: l. 2. π. de R. N. & pr. Inst: de Nupt: vid. Arist: l. 1. Oecon: c. 6.

XVII. In materia excusationum à muneribus, & in specie à Tutela, melior est conditio Parentum masculina prole abundantium, quibus filia defunctæ simpliciter non profunt, maxime autem filii bello amissi per l. fin. π. de vacat: mun: quippe qui per gloriam in perpetuum vivere intelliguntur pr: Inst: de Excus: Tut: Nec obstat l. 18. π. de Excus: Tut:

XVIII. Melior olim itidem erat conditio masculorum in conficiendis Testamentis. Mulieres siquidem quæ per farreationem, coemptionem in manum viri convenerant, aut quæ jam usu

capta fuerant, filiorum familias ad instar testamenti factionem non habuisse valde probabile est. De qua enim quæso re testamenta condidissent, cum omnia earum bona mariti fierent ut id patet ex Cicer. in Top. Boeth. Comm. in Top. Cic. Halicarnass. lib. 2. Illæ autem quæ erant sub potestate Tutoris, non nisi auctore illo testabantur Ulp. tit. 20. §. 25.

XIX. Hodie licet hæc immutata sint, arceri tamen eas à testimonio in testamentis, cuilibet, qui iura à limine ut ajunt, salutavit, patet ex l. 20. §. 6. π. *Qui Test. fac. possunt.* Ratio autem differentiæ, cur mulieres testari, non verò testes esse possint, quænam sit, disquirunt DD. Ego cum Aurel. Galv. d. tr. p. m. 87. ex jure veteri eam petendam existimo juxta cujus tenorem mulieres ad comitia non admittebantur quod tamen displicet Bach. in Comment. ad Inst. ad §. 6. de Test. (1.) quia & olim mulieres testabantur (2.) nec vetus illa ratio testandi cum hæc nova aliquid commune habet. Sed Repono Bach. primam rationem nil concludere, siquidem in testamentis propriis foemina soluta fuit comitiorum necessitate, ne decederet intestata, quod leges, ob publicam testamentorum utilitatem, maxime averfantur. Verum quoad aliena Testamenta non erat cur illa comitiorum legibus solveretur, & indecorum erat foeminam ad eum actum advocari tanquam ad publicum conspectum totius populi Romani. Secunda ratio nullius est momenti, cum plurimis exemplis à jure petitis, constitutionis ratione cessante, constitutionem non cessare monstrari potest. Et ut illa vetus testandi ratio, abrogatis comitiis, huic novæ non conveniat in omnibus, convenire eam tamen in qualitate testium, certissimum est. Licet enim postea testamenta per æs & libram condi cœperint, tot tamen testes requirebantur, quot erant classes civium tempore comitiorum, ut præsentarent universitatem. Et quemadmodum quinque erant classes, tot excepto libripende & familiæ emptore, testes sufficiebant. Hinc cum testator suæ voluntatis sententiam coram istis quinque testibus expromebat, ita loquebatur, ut coram omnibus civibus servato comitiorum ritu loqui videretur, id quod colligi potest ex Ulpiani verbis t. 20. §. à. quæ ita leguntur: *Nuncupatur testamentum in hunc modum: Tabulas testamenti testatur tenens*

ita ait: Hæc ut in his tabulis cerisve scripta sunt ita do, ita lego, ita testor, itaq; vos Quirites testimonium præbitore. Et illa itaq; vos Quirites similia illis, quæ de comitiali testamento refert Theophil. in pr. tit. 1. de Testam: Et ita qui volebat teste populo testamentum scribebat. Jam qua ratione quæso abrogatis comitiis mulieres in testamentis testes esse potuissent, quippe quæ universitatem, in qua non erant, repræsentare nullo modo poterant.

XX. Jura Successionum porrò si consideres, & quidem antiqua, masculis favorabiliora fuisse deprehendes. Et licet Leges 12. Tabb; nullam inter masculos & foeminas, quod attinet causam successionis sive testamentariæ sive legitimæ, induxissent differentiam, mediâ tamen jurisprudentiâ, foeminas (exceptis Sororibus consanguineis §. 3. *Inst. de Legit: agnat: success. Ulp: apud Auct: coll. leg. Rom. l. 16. Paulus lib. 4. sent: §. 3.*) penitus à successione legitima agnatorum repellebat d. §. 3. *Instit.* Fluxit id ex lege Voconia lata a C. Voconio Saxa Trib: pleb C. Claudio Pulcro & Tib: Graccho Coss. anno U. 576. in hunc finē, ut qui post censuram Postumii Albini & Fulvii Flacci census esset, ne hæredem virginem, mulierem faceret. Nec est quod dicas legem Voconicam pertinuisse ad Testamenta. Etenim media Jurisprudentia secuta est rationem legis Voconicæ, ne ultra consanguineas sorores, ad hæreditates foeminæ admitterentur. Splendor enim familiarum, qui non per foeminas, quæ caput & finis familiæ dicuntur, sed per masculos prorogatur, effectit, quo commodius videretur, jura ita constitui ut plerumq; hereditates ad masculos confluerent d. §. 3. *Inst.* Novissima tamen constitutio, veluti *Novella 118. C. 1.* Justiniani, Imperatoris favore in muleres inclyti, in totum eas masculis exæquavit, religioni sibi ducentis distinguere sexum, quasi qui id facerent naturæ essent accusatores *l. ult. C. de liber præ.*

XXI. Observantia Feudorum pariter foeminas à successione in bonis feudilibus regulariter arcet, *l. F. 1. §. 3. 2. F. 11. 2. F. 20.*, quod & de feudo pecuniâ empto tenendum. Quid autem de franco? Affirmativa sententia verior videtur.


XXII. Circa delicta porro varia sese offerunt, quæ foeminarum conditionem deterioreni esse produnt. Maritus rem habeas cum soluta non est adulter *l. 34. n. de adult: Marita cum soluto*


luto, est adultera l. 8. §. 1. π. eod. Maritus uxorem in adulterio deprehensam, siue adulterii damnatam repudiare potest l. 11. §. 13. π. eod. Non verò uxor maritum. Quod à Romulo initium sump- sit, qui, ut tradit Plutarch: in vitæ ejus, viro potestatem in adulte- rio deprehensæ uxoris repudiandæ, non verò uxori, fecit. Illud etiam repetiit Constantinus Imp. in C. Theod. sub: Tit. de repud. ubi jus dedit marito repudiandæ uxoris, si ea moecha sit, non eti- am uxori repudiandi mariti si muliercularius sit. Convenire hoc videntur legibus Mosaicis, quæ concesserunt viris repudiare uxores Deut. 24. Matth. 5. & 19. Marc. 10. Luc. 16. nullibi autem legitur, mulieribus id licuisse. Porro non tantum repudiare uxorem ma- ritus poterat, sed & absq; metu pœnæ ordinariæ L. Cornel. de sic: plane occidere l. 38. §. 8. π. de Adult: simul cum adultero l. 4. C. de Adult: Marita tamen neq; maritum adulterum, neq; adulteram interficiendi facultatem habebat, de quo Marc. Cato in Omt. quæ de dote inscribitur apud Gellium lib. 10. c. 23. In adulterio, inquit, uxorem tuam si deprehendisses sine judicio impune necares. Illa te si adulteras digito non auderet contingere, neq; jusest. Ideoq; apud Plautum in Mercatore Syra in ea re conditionem mulierum his verbis deplorat:


*Ecce horum dura lege vivunt mulieres
Multoque iniquiore misere, quam viri.
Nam si vir scortum duxit clam uxorem suam,
Id si rescivit uxor, impune est viro.
Uxor viro si clam egressa est domo foras,
Viro fit causa: exigitur matrimonio.
Utinam lex esset eadem, quæ uxori est, viro.*


Masculis quoq; Lex Julia jure mariti accusandi facultatem, non fœminis detulit l. 1. C. de Adult: Olim mulier libera servili amore bacchata libertatem ex Scto Claudiano vid: etiam Svet: in Vespas. c. 11. amittebat pr: Inst: de success: subt: Vir non item. Item mulier quæ se polluit adulterio cum servo eum manumittere non potest, l. 12. §. 1. Qui & à quibus man: quod de viro nuspi- am proditum. Tandem donationem propter nuptias, quæ ex pacto aut statuto debetur, mulieres adulteras, non viros, amittere statuit Tiraq: ad L. 1. Connub: 1. 45. in fine:


Ⓢ:(c):Ⓢ













AC CARCERES IN CAUSA DEBITI

sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum in cambiale usu vel lege *haud inuictum*; nihilo valide cambialiter conveniri posse, docet BEI For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. Ho IV. §. 4. p. m. 833.


8) In litteris cambii *non requiritur jam facta de excussio* jure Saxonico et aliorum locorum leg cambium et pactum obligationis ad carcerem c xonia.

9) In iisdem igitur *nec bonorum cessio* liberat a ca Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. *de obligatione causa debiti*. Lips. hab. 1723. et V. C. IOH. FRI de pecunia mutuatia tuto collocanda. Cap. III jus autor exquisitoria tradit, quam inscripti promittit.

§. CXVIII.

Obligatio ad *obstadium* etiam ab obligatione d rem est diversa. Illa enim, nomine ante diem no bitor interpellatus *diversorium publicum ingredi*, in fere, donec creditori satisfecerit, obstringitur. Q cum designatum *haud ingreditur*, per sententiam ob gitur et quidem cum comminatione poenae *des Schu* tenia ita habet: *Ist beklagter also fort nach Insin nach den öffentlichen Gast-Hof N. zubegeben und das gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Com dem nicht also nachkommen wird, daß auf den fall des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt g auf fernar gegen ihn ernstlich verfabren werden soll.* obstadium hodiernum in terris *Sleswico-Holsaticis*, Ha re constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati *Gelnhaus* bus Spirensibus an. 1349. datis se ipse ad obstadium

K 3



77

us
ibi
sc.
ap.

um
em
Sa-

m.
ex
m.
ru-
ste

ce-
de-
offi-
lo-
un-
en-
sch
or-
er
ffe
ar-
ad
ne-
vi-
id.
Ex-